

1519

C O D I C E S

1520

CCCCIX.

- 897 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 78. 4. in *Bobemia*, ut videtur, exaratus inscribitur a paullo recentiore manu: *Decalogus Jo: Wiclef*, rectius apud *Baleum: De Mandatis Divinis*; ad Decalogum enim in particulari primo descenditur fol. 47. p. 2. unde alia manus fronti bene adjecit: *De quiditate Juris et Justicia in genere*. Initium est: *Premissa sententia de dominio in communi ac speculatiua de spiritu qui est homo &c.* Abrumpitur jam in *Praecepto III. et Capite de loco, tempore et forma orandi*, his verbis: *habentes mentes in foro et corpus in cho — — ro.*

CCCCX.

- 886 Codex partim chartaceus, partim membraneus lat. Sec. XV. Folior. 343. f. per duas columnas non una manu exaratus, rubricisque distinctus continet *Joh. Wiclefi Libros III. de Dominio Divino*, quorum I. praemissum habet *Regeſtum*, et incipit: *Cum quilibet christianus et specialiter Theologus &c.* Ut alias. *Libros* hos III. praeponi debere *Summae Theologicae Wiclefi* dicitur in *Bibliographia*, de qua memini *Cod. CCCXCI.* quaeque hoc ipso *Codice* infra fol. 223. recurret. Liber II. in hoc *Exemplo* sine mutilus est.

II. fol. 49. Ejusdem de *Apostasia*. Est hic Liber juxta mox cit. *Bibliographiam Summae Theol.*

undecimus; incipit vero: *Restat ulterius ponere aliud principium pro ambitu heresis symoniace &c.* Istud initium *Baleus* non adtulit. Ad calcem nobis legitur: *Explicit Tractatus de Apostasia Magistri Johannis Wiclef doctoris evangelici.*

III. fol. 129. Ejusdem de *Blasfemia*. Seu *Summae Theol.* Liber duodecimus. Incipit: *Restat succincte de blasfemia pertractandum &c.* Ut alibi. Adhaeret *Bibliographia* mox cit. cui subscriptum: 1453. *assumptionis.*

IV. fol. 225. Ejusdem de *statu innocencie*, qui est *Summae Theol.* Liber secundus. Incipit: *Ut supradicta (scilicet L. I.) magis appareant, oportet parumper disgređi &c.* Ut alibi.

V. fol. 237. Ejusdem de *Trinitate*. Incipit: *Supereſt investigare de distinctione et convenientia personarum &c.* Ut alibi.

VI. fol. 273. Incipiunt *propositiones et Articuli Reuerendissimi in christo patris Richardi primatis ybernye — contra ordines mendicantes &c.* Et hec predicavit coram domino papa In consistorio et Cardinalibus ac prelatibus (inferius additur apud *Auinionem*) anno domini M^o. CCC. LVII. die VIII. mensis nouembris. Pluribus agitur *Cod. DXLVII.* de hoc *Sermone*, cujus Thema: *Nolite iudicare secundum faciem &c.* Joh. 7. initium autem: *Pater sanctissime in principio mei sermonis protestor, quod non intendo aliquid asserere &c.*

VII.